11.4.248 248 1

Sumptum Amum Privilegij de Polono idiomate in Latinum fideliter versum. — Michaël Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Littvaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Masoviae, Livoniae, Smolen, Vothiniae, Kijoviae Podl., Severiae etc. — Significamus praesentibus Litteris Privilegij nostri, notum facientes hoc futuris saeculis: Qualiter Regnorum nostrorum nobis à Deo commissorum fundamentalissimas bases, et infracta antemuralia, non alia nos habuimus et apud nos reputavimus, nisi (: juvante Divina gratia et semper praesenti ejus super hanc Patriam providentia:) tutelam Sanctorum Patronorum Regni Poloniae et Magni Ducatus Litt., quam in varijs occasionibus, Caelo terraq. tecto visibilem et certam contra hostes Patriae hujus, singulariter verò dum memorabili contra Moschum Polocicensi victoria stetit sub tessera B. Josaphat Kuncewicz ArchiEpiscopi Polocensis, Vitebscensis, Miscislaviensis, Orsanensis, Mohiloviensis Episcopi, Thaumaturgum Unionis S. Patronum experti sumus et experimur; Eidem B. Josaphat Martyri volentes pro praeteritis beneficijs, quali quali respondere gratitudine, futuras autem Caelestia auxilia contra bellum Turcicum et occasione Schismatis attentatum per eundem B. Martyrem implorantes, de Consensu omnium Ordinum, praegnantissimum Reipublicae Votum sicut tabellam perennem satagentes ad corpus incorruptum appendere; Bona Cerstwiat et Sudzitowicze nuncupata in Palatinatu Polocensi sita, cum omnibus attinentijs, sicuti in suis limitibus sunt, pro perpetua provisione PP. Basilianis unitis, qui numero competenti, et ducta redituum ex praefatis bonis proportione per Venerabiles ArchiEppos Polocenses in unione S. manentes alimentati, debitum Cultum Thaumaturgo Martyri Christi, ad Lipsana sacrosancta ejus penes Ecclesiam Cathedralem S. Sophiae Polociae praestent (: salvis oneribus Reipublicae et moderni Possessoribus:) Constituimus illa dare et Conferre, sicut et conformando nos universae Ordinum Reipublicae concordiae, perpetuis temporibus PP. Basilianis Unitis, sub dispositione tamen Venerabilium ArchiEpiscoporum Polocensium in unione S. manentium; Bona Cerstwiat et Sudzitowicze cum omnibus pertinentijs et attinentijs, sicut in suis limitibus continentur modò, vel continebantur ab antiquo (: salvis oneribus Reipublicae et moderni Possessoribus:) perpetuo damus conferimus et jurisdictioni territoriali subdimus. Succedentibus verò fatis Possessorum modernorum, sicuti etiam post liberam cessionem horum bonorum, aut compositionem super istis bonis stante vita ad instar bonorum Bula in honorem SSmae Virginis Zyrovicensis fundatorum, bona Cerstwiat et Sudzitowicze Venerabilis ArchiEpiscopus Polocensis in Unione S. existens per Aulicum nostrum, per singulares à nobis Litteras designandum occupare pacificè et perpetuo tenere debet, et competentem numerum Cultorum Dei et B. Martyris Religiosos S. Basilii Unitos ad Corpus Ejus Sanctum conservare: In quo, quam strictissimè cum omnibus Ordinibus Regni, Venerabilium ArchiEpiscoporum Polocensium unitorum Conscientiam obligamus. In Cujus meliorem fidem manu nostra subscriptis sigillum Magni Ducatus Litt. apponi jussimus Datt Varsaviae in Comitijs Generalibus Die 13. Mensis Aprilis Anno 1673 Regni nostri 4to Anno. — Michaël Rex. (L.S.) Michaël Druecki Sokolinski Notarius Magni Ducatus Litt. — Privilegium Constitutione firmatum super bona Cerstwiat et Sudzitowicze in Palatinatu Polocensi sita PP. Basilianis Unitis.

— Transsumptum Adum alterius Privilegii de Polono idiomate in Latinum fideliter versum. — Augustus Adus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Litt. etc etc — Notum facimus his Litteris Privilegii nostri omnibus, quorum interierit. Delatum nobis est per nostros Consiliarios, et Officiales nostros eo temporis ad latus nostrum residentes nomine Venerabilis Legni Kistka O. S. Basilij M. Provincialis; qualiter Serenissimus Antecessor noster Michaël Rex Poloniae, gratificando expertum in multis occasionibus Contra varios hostes S. Josaphat Martyris Patroni Regni Poloniae et M. Ducatus Littvaniae auxilium et Protectionem, donavit pro Capella Ejus Polocensi ad perpetuam provisionem RR. Basilianorum Polocensium

Polocensium bona nuncupata Cherstwiat et Sudlitowicze uti ab antiquo in suis limitibus manebant salva advitalitate Possessorum
inspectione VV. ArchiEpiscoporum Polocensium, illaq duabus Constitutionibus Comitialibus confirmata in bona terrestria permu
à solutione onerum bonis regalibus annexorum scilicet Genericarum hibernarum et Consistentiarum militarium in perpetuum libera
Quod Privilegium ut authoritate nostra Regia roboremus, idem Venerabili Leo Kiszka O. S. Basilii M. Provinciali per DD. Cons
ac et Officiales nostros petijt, cujus supplicationi utpote justa nos Rex benignè inclinati Bona nuncupata Cherstwiat et Sudlito
=cze in Palatinatu Polocensi situata cum omnibus suis attinentijs hoc est Sloboda, Sud, Zahore, Kosiany, Lubtysz, Olsiany
Sudlitowicze, Horodlice, Dwonia, Stardynka, Uhly, Borkowszczyzna, Ladosna et alia Stardynka, jurydika in Civitate
Polock, Horto ibidem post aulam V. ArchiEpiscopi Polocensis, cum Locis piscationum inter alienos Lacus existentibus et abantiquo
ad Cherstwiatensia praedium spectantibus cum solutione à ponte in fluminibus Cherstwiat et Ladosna cum trajectu fluviali per flumen
Dunam sub Arce nostra Polocensi versus Ostrow et Ezimania. Deniq cum omni eo, quod ab antiquo tempore Regum Serenissimorum
Zigismundi primi et Zigismundi Augusti ad Cherstwiatensia et Ladosnensia atq Sudlitowicensia Bona pertinebat juxta antiquos
ductus et limites à Serenissimi Antecessoribus nostris superius specificati. uno verbo cum omnibus ad praememorata Bona, quae fu=
=erunt abusia ab illis attinentijs, et specialiter his, quae Generosus Losowski possidebat, perpetuis temporibus RR. Basilianis
Polocensibus ad Capellam S. Josaphat existentibus liberando à superintendentia nociva VV. ArchiEpiscoporum Polocensium et
subjiciendo regimini V. Provincialis et Successorum ejus damus, conferimus et in omnibus punctis Privilegium Serenissimi Regis
Michaëlis confirmamus à Generica et omnibus consistentijs militaribus utpote bona mediantibus Constitutionibus in Terrestria
mutata, et in Sessione Grodnae habitâ nobis regnantibus pro talibus itidem recognita liberamus, et ideo dedimus has litteras
Privilegii Nostri cum subscriptione manus nostrae et Sigillum Magni Ducatus Littae apponere mandavimus Datt Varsaviae
die 26. Mensis February Anno Dni MD.CCX Regni nostri 13tio Anno — Augustus Rex
Privilegium Confirmationis Cherstwiat et Sudlitowicze serviens Conventui Polocensi PP. Basilianorum ad Sanctum (L.S.) signum impressum
S. Josaphat habitantium. — dipiana

Copias praeinsertas Privilegiorum Regum Poloniae, primi quidem cum Sigillo magno pensili in pyxide incluso,

alterius vero cum subimpresso, ex Stilo Polonico in Latinum fideliter transformatas, et in omnibus
de verbo ad verbum cum suis Authenticis Originalibus concordari factas, Legi vidi et diligenter inspe=
xi, Ac manu, Nomine, Cognomine, meis proprijs subscripsi, Signoq, quo in talibus utor in fidem
communivi fecì rogatus & requisitus, Vilnae in mea Residentia in Platea S. Mariae
Magdalenae Anno Dni 1747. die 24. mensis May feria 4ta post Pentec.
Michaël olim Demetrij Oleszkiewicz J. Utriusq Doctor, S. Auctoritate Aplica Prothonotarius
Canonicus Piltinensis Actor V. Capituli Cathedr. Vilnensis publicus notarius mpp